

PETRI BEMBI DE AETNA AD
ANGELVM CHABRIELEM
LIBER.

101

Factum a nobis pueris est, et quidem fedulo Angele; quod meminisse te certo scio; ut fructum studiorum nostrorum, quos ferebat illa aetas non tam maturos, quos uberes, semper tibi aliquos promeremus: nam siue dolebas aliquid, siue gaudebas; quae duo sunt tenerorum animorum maxime propriae affectiones; continuo habebas aliquid a me, quod legeres, uel gratulationis, uel consolationis; imbecillum tu quidem illud, et tenue; sicuti nascuntur omnia, et incipientia; sed tamen quod effectus fati amplum futurum argumentum amoris summi erga te mei. Verum postea, quod annis crescentibus et studia, et iudicium increuere; non quod; totos tradidimus graecis magistris erudiendos; remissiores paulatim facti sumus ad scribendum, ac iam etiam minus quotidie audentiores.

A

102

Itaque, quas pueri miserimus ad te lucubrationes nostras, numerare aliquas possumus; quas adolefcentes, non possumus: quo in consilio nobis diutius permanendum esse non puto: nam ut interdum non loqui moderati hominis est; sic semper filere cum eo, quem diligas, perignauit: neque; Hercule; si in officio permanimus in prima aetate; debemus nunc, tanquam inexercitati histriones, in secundo, aut tertio actu corruisse. praesertim cum aemulatio tuorum studiorum Angele nos non excitare modo languentes possit, sed etiam incendere; quippe, qui multa, et praeclara habuimus a te semper, habemusque; quotidie et consuetudinis nostrae testimonia, et doctrinae tuae. Quare sicuti pueri scriptiunculas nostras, quasi latentis ingenii acerbitatem, detulimus ad te; sic nunc deinceps etiam ad te adolefcentiae nostrae primos fetus deferemus; non quo me ipse plus ames: nam iam id

103

fieri posse uix puto: sed plane quia ita debemus inter nos: neque; enim arbitror cario

rem fuisse ulli quenquam ;q tu fis mihi.
Sed de his et diximus aliâs fati multa ; et
faepe dicemus:nûc autem ;quoniam iam
quotidie ferè accidit postea,q e Sicilia ego,
et tu reuerfi fumus ;ut de Aetnae incendi-
is interrogaremus ab iis , quibus notum
est illa nos fati diligenter perspexisse ; ut
ea tandem molestia careremus;placuit mi
hi eum sermonem conscribere ; quem
cum Bernardo parente habui paucis post
diebus, q rediissemus; ad quem reicien-
di essent ii , qui nos deinceps quippiam
de Aetna postularent. Itaq;confeci librû;
quo uterq; nostrum cômunitè uteretur:
nâ cum essemus in Noniano ; et pater fe
(ut solebat)ante atrium in ripam Pluuii
contulisset;accessi ad eum progresso iam in
meridianas horas die:ubi ea , quae locuti
sum inter nos,ferè ista fuit. Tibi uero nûc
oratione utriusq; nostrû,tanq habeatur,
A ii

104

explicabo ; non tanq recensatur. Igi-
tur;cum illum multa in umbra fedentem
comperissem ; ita initium interpellandi
eum feci. PETRVS BEMBUS FILI
VS. Diu quidem pater hic fedes:& certe
ripa haec uirens ;quam populi tuae istae
densissimae inumbrant;& fluuius alit ;ali
quanto frigidior est fortasse,q fit fati.
BERNARDVS BEMBUS PATER.
Ego uero fili nuppiam esse libentius soleo;
q in hac cum ripae, tum arborum , tum
etiam fluminis amoenitate:neq;est,quod
uerere,nequid nobis frigus hoc noceat,
praefertim in tanto aestatis ardore: Sed
fecisti tu quidem pèrbene; qui me ab iis
cogitationibus reuocasti;quas& libentif-
sime semper abiicio , cum in Nonianum
uenitur;et nûc quidem nobis nescio quo
pacto furtim irreperant non modo non
uocantibus , sed etiam inuitis.

BEMBUS FILIUS . Deresp. fci
licet cogitabas aliquid,aut certe de trium
105

uiratu tuo : faepe enim ex te audiui (fi
fieri possit)uelle te, in agris cum esses ;
quoniam tibi id cum modice continge-
ret, tum etiam perraro ;de iis,quae in ur
be agantur ,tanq lethaeo aliquo sumpto
poculo , nihil omnino recordari.
BEMBUS PATER Est ita, ut

dícis: nam cum ab urbe propterea me ,
frequentíaq; hominum ; tanq a flucti -
bus , in hunc folitudinis portum recipi
am ; ut relaxem a curis , remittámq; pau
lifper animú ; méq; ipfum reftituá mihi,
atq;ad reliquos confirmem labores; ut in
ludis athletae folent ; qui cum aliquo
in curfu defudarint , confidunt parum-
per , reuocántq; feffe , ut fint ad reliqua
pofttea certamina ualentiores ; fi tamen
illae ipfae me rus etiam profequuntur ,
quas fugio curas , et follicitudines ; pro
fecto nihil ago:quod mihi quidem nunc
ipfum euenit : qui cum folus in hacri -
pa confederim , ut dignum aliquid ifto
A iii

106

filentio meditarer ; ecce ita etiam
unda illa ipfa reforbuit urbanorum nego
tiorum ;paulatimq; in triumuiratus mei
curas delapfus fum. B. F. Ita
fane coniectabar:uifus es enim mihi ian-
dudum nefcio quid multa cogitatione
commentari ; neq; eo uultu ,quo effe hic
foles , hilari ,et foluto ;fed , quo te in ur-
be confpícimus , contractiore interdum,
ac graui . B. P. Recte con-
iectabare: Sed ifta tandem ,quoniam ni-
mis iam molefta sunt, obliuifcamur.

B . F. Vtinam ipfe id
poffis páter; tibiq; iftud (quando ita te iu
uat) tam facile factu effet, q mihi : fed o-
mnes curae,quae quidé fint maximae,ita
fe habent ; ut,fi infequaris,non fugiant;fi
fugias , etiam infequantur:munus autem
iftud tuú cum eft ipfum negotiof iffimú
per feffe ; quippe , aquo ferè omnes reip.
noftreae partes pertractantur ; quódq; uni
uerfae ciuitatis , caeterarúmque urbium ,
107

nofttrarum aduocationem agit , et fufti -
net ; tum uero illud etiam accedit ;q tu
is es, qui maxime omnium tranquillita
tem animi ,requietémq; déames ;quo fit,
ut magis etiam illa fentias , quae te pre-
munt. B. P. Eft fili , et fa -
ne caufa illa quidem non leuis, quae mi-
hi labores adauget meos : fed tamen (ut
uerum fatear) aliud quiddam maius me
mouet ; quod ipfum nuper me in ur -
bem reuocauerat ,fic dum federem ; re -
uocátq; faepiffime. B. F. Quid il

lud tandem est? B. P. q reip.cau-
fa non commoueri neq; uellem , fi pos-
sem; neq; possem , fi uelim: nam cum ab
ineunte aetate ita uitam instituerim meá;
ut patriae adesset semper ; prodessem ,
cum possem ; potuerim auté non nunq
uel iuuenis et domi ,et foris; illa uero me
faepe muneribus reliquis ,faepe legationi
bus honestarit ;eam ipse fi deferam nunc,
cum et experientia,et cónsilio , et auctoritate

A i i i i

108

plusualeo ; quid fit aliud, q fi tu me iuue-
nis fenem destituas , filius patrem ?

B. F. Duas igitur causas praedicat
pater curarum tuarum ; duras tu quidem
illas , et graues ; uerum ,quia te sciente a
te ipso proueniunt , perferendas : nam
qui te idem et actionibus tradidisti , qui
bus otio inimicius esse quid potest?et rus
amas, feceruntq; istos tuos; quae quidem,
cum multo diutius ipse careas ,q fruaris,
uitam tibi illam efficiunt molestiorem ;
dolendum tibi non puto ; si te uel illis ip-
sis rebus condemnes, quas fugis;uel fugi-
as omnino ,quae te iuuant . Sed illud
tamen quale est ,quod te dixeris reip.cau-
fa commoueri?an te fortasse mi pater mo-
tus ii Galliarum perturbant , qui ferun-
tur? B. P. Mini-

109

me illi quidem : uerum admodum gau-
de te e Sicilia rediisse:nam si aliquid eue-
nerit;malo te hic esse,ubi omnes fumus;
q illic , ubi neminem habes tuorum .

B. F. Equidem adsum ac libens
cum ea de causa , tum quia uobis omni-
bus carebamus iam nimium diu: caue ta-
men putes nobis hoc Siciliensi biennio
quicquam in uita fuisse iocundus.
B. P. Gaudeo et id quidem : idq; ip-
sum ex eo suspicabamur , q nondum ad
nos cogitabatis. Sed postea,q in eum ser-
monem incidimus, ut de Sicilia loquere-
mur ; narra mihi quemadmodum ea fe-
habent , quae de Aetnaeis ignibus et fe-
runtur passim , et perleguntur : te enim
accessisse illuc cum Angelo tuo,totumq;
montem perlustrasse audiebamus : et no-
bis quidem certe nunc uacat :quid enim
istoc aestu agamus meridiani ? neq; est ,
quod ego soleam libentius, q de naturae

miraculis audire. B. F.

Haec uero , ut libet;modo ualeam recen-
fere:et quidem eiufmodi funt;ut tibi audi-
enti afferre uel magnam poffint;mihi cer-
te narranti femper aliquam afferrant uo-
110

luptatem:quanq quidem iam hoc ipfum
facimus nimis faepe : q enim multis
nos eadem ipfa cenfes poftea, q e Sicilia
reuerfi fumus , narrauiffe ? Sed confurge
(fi placet)ab hac umbra:nam in ripis qui-
dem omnis quae fit accubatio , ea fi lon-
gior eft ,effe admodum grauior folet:atq;
ad illa buxeta noftra(fi tibi uidetur) ,fe-
dédq; pergamus. B. P . Perini-
quum tu quidem facis;qui de ignibus lo-
quuturus ab umbra , et frigore deceden-
dum putas: fed (quando ita uis) propter
aquam potius in ripa deambulemus ; et
cum fluuio fermoni reliquo demus ope-
ram loquentes: ita mihi uidebor melius
tuas illas flammias Aetnaeas (fi me offen-
derint) Pluuici mei unda temperaturus
B. F. Illae uero neq; te offen-
dent , cum abfint longiffime; neq; hic fi
adeffent , reftinguere illas poffet Pluui-
cus tuus ; cum mare ipfum etiam cedat
illis uolentibus , atq; earum ardoribus
111

contrahatur. B. P. Magnum
exordium inceptas fili ; ac iam planè uix
credenda funt ifta , quae dicis : uerum ,
qui ita fiat ,explana id etiam mihi.

B. F. Faciam , ut iubes:fed opus
eft ánte, q illò ueniam ; ut aliqua te prae-
doceam déq; infulae , déq; montis natu-
ra ; quibus cognitis ad ea , quae poftu-
las, recta pergemus uia. B. P.

Age , ut libet ; modo ad illa etiam alí-
quando ueniamus : quin etiam mihi fe-
ceris gratiffimum ;fi ea lege inceperis ,
ut nequod pulchrum praetereatur ; fiue
uidifti aliquid , fiue audiifti , fiue quid
es ipfe commentatus. B. F. Ego
uero (fi placet) iter tibi noftrum omne
ordine ipfo ,quo factum eft , recenfebo ;
téq; a Meffanae menibus ufq; in Aetnae
cacumen perducam. B. P.

Placet,et cupio : incipe igitur; uiámq; ip-
fam omnem reminifcere , et tanq recur-
re , fi potes . B. F. Agam fe

112

dulo id quidem : itaq; (ne te teneam diu-
tius) Quartodecimus mensis agebatur ;
ex quo ego , et Angelus meus apud Con-
stantinum praeceptorem graecarum lit-
terarum studiis exercebamur : neq; fane
adhuc uacuum ullum tempus dederam -
mus nobis laboris; ac ne unum interea in-
tegrum remiseramus diem. B. P.

Nimium fuistis affidui uestris in studiis
adolescentes , uel etiam superstitiosi : an-
num , et menses nouae linguae rudi-
mentis incubuisse nullo intermisso die?
mirum ; si uos uel habitudine illa prior
defecit , uel color : nos tamen e nauig-
atione traxisse uos pallorem istum , et
maciem putabamus. B. F.

Ita euenit : sed en tibi : iam tandem nos
ipsos respeximus : placuit enim ut Ae-
tnam uideremus ; atq; interea , dum ani-
mi relaxarentur , quod efficere uel oc-
cupatissimi debeamus , tantum natu-
rae miraculum etiam feriatu noceremus:
113

ita iocundis aliquot sumptis comitibus ,
qui nos perductarent , confesso equo Me-
fianam reliquimus: sed iter facientibus no-
bis Taurominium usque memorabile
nihil comspectum est: summa enim litto-
ra eraduntur. A leua statim Rhegium, et
Brutii agri paruo primum , mox latiori
maris interuallo aperientibus sese paula-
tim angustiis prospectantur; a dextra col-
les continui imminent, Bacchi tota fera-
cissima plaga , et Mamertinis uinetis mi-
nus fortasse , quae olim fuit , tanquam ab ipsa
uertute contritis iam laudibus ; sed ta-
men fatis nunc etiam percelebris. In me-
dio ferè itineris, uel paulo amplius castel-
lum Nifus ex aera montis rupe uiatori-
bus late prospicitur ; unde illud deue-
ctum. Ouidianum,

Nifiades matres , ficelidèq; nurus:
Incolae uallem etiam omnem, quae sub-
est , Nifi regionem uocant . B. P. Erit
istud fane modo etiam aliquid infra Tau-
114

rominium memorabile: nam de hoc poe-
tae uerfu (si recte memini) nobis pueris
nondum inter grammaticos conuenie-
bat : qua quidem in re adhuc illi arbi-
trum si quaerunt; plane uideo eam còtro-
uerfiam posse dirimi a Nifo tuo ; a quo ne

fcio q blande caeteri hofpites fufcipian-
tur ;te certe (ut illi dicerent)etiam elegan-
torem remifit: Sed fequere. B. F.

Taurominii cum ueterum monumento-
rum reliquiae plures uifuntur , templa ,
fepulchra,acquaeductus:quin faepe teme-
re graeca numifmata paffim effodiuntur
áffabre facta illa quidem , neq;in aes mo-
do infulpta ;fed in argentum , fed in au-
rum ; quod etiam Syracufis plurimum ,
et ferè per totam infulam euenit :tum eti-
am coctile theatrum adhuc manet paulo,
q id , quod Romae uidimus ,minus ;nifi
q illud amphitheatrum eft : quae qui-
dem omnia eò infpexi diligentius ; q
te recordabar plurimum femper uete -
115

rum hominum imaginibus, monumen-
tis que, tanq uirtutum illorum ,et gefta-
rum rerum teftibus , oblectari. Vrbs
ipfa loco praecelfo ,atq;edito fita ,et mó-
tium angulo promiffa in pelagus pro-
fpectum maris Ionii late hinc inde do-
minatur: theatrum ultimam anguli ru-
pem infedit, qua collis confpicuus ante
omnem urbem in circum planitiem du-
cens audentior procurrit in mare ; atq;
hinc fluctibus,inde urbe medius ipfe ter-
minatur. E Taurominitano demiffi iu-
go ,et littore paulatim relicto, uallémq;
ingreffí ; quam a leua Aetnae radices,a
dextra Taurominitani montes effici-
unt ; per eam Randatium ufq; perueni-
mus nouum oppidum ,et in Aetnae ra-
dicibus ,qua parte mediterranea defpe-
ctat , fitum.iter totum a Taurominio no-
bis quatuor , et uiginti mil. paff.comfe-
ctum eft.uallis fonoro,et ppetuo flumine
fcinditur,et irrigatur . Platani numerofa
116

fylua utrafq; ripas inumbrantes maxi-
mam fibi uallis partem egregiae incolae
uendicarunt. B. P. A in' tandem , Pla-
tanos illae habent ripae? B. F. Pulcher
rimas illas quidem,et multiffimas;ut non
Platonem modo , aut Ariftotelem , fcho-
lafq;omnes mitiores fuis umbris inuitare
poffint ad philofphandum ; fed etiam
Gymnofophiftas duriffimos illos quidé
homines , et fole admodum delectatos.
B. P. Quàm uellem ; ut cum earum dua-
bus poffem ego , uel tribus arboribus eti

am omnes illas fructiferas arbores quas in
quinquuncem difpofitas habemus, com
mutare. B. F. Vtinam illae tibi potius
páter iis ftantibus totum Pluuicum obdu
xiffent: poterát enim uel uniuerfum No
nianum: fed nefcio ,an ifto fub coelo pro
uenirent. B. P. Equidem arbitror:
nam illis poftea ,q in Italiá trauectae funt
et quidem ab ipfa Sicilia primum, mult&
urbes abundauere ; quanq pofteriorum
117

hominum negligentia deperierint : nos
enim ;dum Romae effemus; unam , quae
in ima ripa fpeculi eft Dianae Aricinae,
pro miraculo uidimus. Sed nihil eft pro
fecto (mihi crede) , nihil eft fili (ut ego
femper dicere foleo) ; quod effici ab ho
mine cura , diligentiaq; non poftit: nos
enim (ut de me ipfo loquar) ; quibus ta
men ; ex quo hanc uillam exaedificaui
mus , iam inde ánte , q tu es natus, confu
mere hic nondum etiam licuit triginta in
tegros dies; neq; quando licebit fcio , cu
piam certe femper , et peroptabo ; uides
q multos tibi profuerim ordines pulcher
rimarum arborum uel noftratium , uel
aduenarum? q fi etiam Platanos habuif
fem ; nunq illae me uiuo periiffent ; et ha
beres tu quidem nunc , quo melius inuita
re poftes Faunus tuum ; et ille , quo li
bentius accedere. B. F. Vellem equi
dem mi páter: fed (quando id effici nó po
teft) oblecta te populis tuis: tum etiam (fi
B

118

placet) ; ficuti matres filiorum nomina,
qui defyderantur , in eos faepe tranffe
runt , quos habent ; ita et nos Platanos il
las uocemus. B. P. Mihi uero
placet illas populos femper uocari : atq;
haud fcio , an etiam cum eas tempeftas ue
tuftásue confumpferit (ut ait ille de quer
cu Mariana) , tamen erit in Noniano po
pulus, quam Bembeam populum uocét:
ita mihi quidem uidetur illas aeternitati
cómendaffe fuis carminibus Aurelius no
fter. Quare;
Quae uitreas populus arduo
Bembeas ad aquas uertice tollitur
Viuum cefpitem obumbrans ,
Intonfa bicolor coma
fit femper populus: crefcat ; furgat altius

uel aquila ifta,uel poetae uerfu : fed (ut ad Platanos redeam) non tá mea caufa iftud ipfum cupiebá fili,q tua:ego enim me oblectauí fatís ; tú experiendo illud didici , ut nequid admirarer : neq; ; fi quid fero
119

aliquando , quod facio femper , cum licet ; fiue aedifico aliquid , aut paro ; propterea id facio , uel quia illis omnibus rebus putem me effe ufurum , cui me ipfo uti iam meo ipfius iure non licet ; uel quia non facile illa poffem contemnere, quibus carerem : quid enim mihi poteft iam ad eos dies , qui mihi reliqui funt ad uiuendum , effe non fatís ? uobis ifta parantur puéri ; uobis ifta (inq)non mihi : fcio enim q a parentibns quaefita ifta dulcius accipere foleant filii,q ipfi facile comparare ; fiue q in quaerendis rebus pleriq; laborem fugimus , in partis omnes uoluptatem amamus' ; fiue q in iis , quae nobis a maioribus noftris relinquuntur, in fit etiam memoria illorum , qui tradidere ; quae illa nobis nefcio quo pacto , cum fanctiora efficiat , tú certe facit multo etiá iocundiora . B. F. Mihi quidé pater et nunc ifta cariffima funt,quae,quae in nos amoris exuberátia,a te uideo dici
Bii

120

et erunt femper , dum uiuam , fixa animo et memoriae meae ; cupióq; , ut ex iis ipfis rebus , quae mihi a te , quaeq; fratri comparantur meo , longiffimam ipfe nobiscum percipias uoluptatem : fed fi tibi nos unq naturae lege fuperuiuemus ; habeo alia ego (ut de me tantum loquar : nam de fratre quanq multa poffent dici , malo illi integram caufam relinquere refpondendi tibi) , habeo alia (inq),quae mihi fanctiffimam tui memoriam femper efficient etiam abfq; Noniano tuo ; quippe , qui me puerum educaueris non diligenter modo ; fed planè (quod uere mihi uideor effe dicturus)etiam religiofe ; habueris tecum in legationibus tuis ; imbueris optimis moribus ; omnibúfq; bonis artibus (quod in te effect) ita femper inftitueris ; ut uerear , ne fim prorfus ingratiſſimus ,ultra haec mihi a te fi quid unq relictú optauro ; tum fi de iis ipfis tibi non ego femper maiores

121

gratias habuero , q si mihi magnificas uil-
las coftruxiffes . Quare ifta quidem de
caufa nihil eft fanè,quod labores

B. P. Ego uero ac

multum : nam , qui tibi illa praeparaue-
rim ; quae funt longe potiora meo qui-
dem iudicio ; et (ut uideo) etiam tuo ;
curandum eft etiam mihi , ifta tibi ut ne
defint ; quae , cum minora quidem fint ,
ualde tamen funt neceffaria : quemad-
modum fi te quis ad coenam uocet ; fer-
culáq; afferat cum uaria , tum fumptuo-
fa ; uina multifariam apponat ; mini-
ftros adhibeat ; calices quaerat , et uafa
uel aurea , uel gemmata ; nifi ftatuerit
triclinium ,aut menfas in hortulo dif-
pofuerit , ut tibi ftanti coenandum fit;
certe tu illú nihilo probes magis, q si tam
multa omnino non parauiffet : Ita mihi
eueniet patri : nam q te recte intituerim a
puero;mécum habuerim femper ; utrâq;
linguá te docendum curarim id eft ad coe-
B i i i

122

nam uocaffe te fatis dubiam , et fumptuo-
fam ; in qua depafceres animum tuum ,
téq; ipfum conuiuia elegans oblectares :
conuiuiae nanq; fumus omnes , dum ui-
uimus ; neq; aliud eft omnis uita noftra ,
qua fub ifta mundi luce fruimur,q longa
concoenatio , aut(ut iam uerius dicam)
conuictio : q si nec fedem ullam tibi ,
nec umbram aliquam praebuero coenan-
ti ; hoc eft nifi uiuenti diuerforium , fe-
ceffúmq; gratum aliquem parauero ftu-
diis , et camenis tuis ; profecto non tam
in illis laudabis diligentiam meam , q in
his etiam culpabis negligentiam : neq;
tam pulchra ea tibi effe uidebuntur,qui-
bus habundaueris ; q fuiffe illa , quibus
carebis , neceffaria . ita fiet ; ut cum femel
abiero ; tu me faepius accufes , q probes.

B. F. O mi pater ;mé ne

tam impium unq futurum,ut te audeam
accufare ? ego te unq accufem pater? quid
fi non tu me faepe monuiffes , et ego alí-
123

quando fcriptum legiffem a fummis ac
fapientiffimis uiris,animi bona effe,quæ
beatos homines facerent fola ipfa per fe,
quaéq; opis externae non egerent ? ea neq;

eripi posse cuique, nec aetate fenescere, nec morte interire? caetera omnia manca effe, labilia, momentanea: quae quoniam fortuna, et casu regeantur; tanto effe magis quoniam; quantum illa contemneret, uel diuitem, uel etiam sapientem? animos nostros ex aetherea fede in hanc corporis labem profectos ea lege, ut ad illam ipsam purgati aliquando reuertentur, quae hic essent, despiciere; ad illa se intendere, quo properarent? me uero, quem ista quandoque docuisses; nisi mihi uillam reliqueris, fuluamque plantanorum; putas tibi esse succenfurum? non est ita mi pater: ne putes. B. P. Non puto. B. F. Neque me tam dementem existimes uelim. B. P. Nō existimo. B. F. Quid ita igitur loquebare? B. P.

B ii ii

124

Quia noueram mores hominum; tum etiam pertentare te profus uolui, quod recte ista sentires. Sed omittamus haec iam tandem fili; atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur.

B. F. Immo uero pater nec reuertamur: quid enim amplius nobis cum plantanis illis? de iis enim loquebamur.

Sed (si placet) ad Aetnam potius, de qua fermo haberi coeptus est, properemus.

B. P. Mihi uero per placet; ita tamen, ut ne festines: tibi enim ego omnes has pomeridianas horas dico.

Sed quoniam me impellente nimium iam extra Aetnae terminos proeucti sumus, non committam, ut te interpellem faepius; nisi quid erit, quod de ea ipsa te rogem. B. F. Sanè mons ipse

in situ, forma, magnitudine, feritate, in cendiis mirus; demum tota sui qualitate ac specie longe conspicuus, et fibi uni par est. Ab aurora mare Ionium bibit; et Ca

125

tanam sustinet imo in pede: cum sole descendit in infulam, qua Tyrrenum pelagus est; et quae Aeoliæ appellantur: lateroribus, in septentriones uergenti Pelorus obiicitur, et Italiae angustiae sunt: contra reliqua infula iubiacet, tractusque ii omnes, qui cum Lilyboeo in Africam protenduntur. Ipsa Aetna radices suas ferè in orbem deducit; nisi sí-

cubi orientem , et meridiémuerfus pro
miffo cliuo paulifper extenditur : celebs
degit ; et nullius montis dignata coniu-
gium cafte intra fuos terminos contine-
tur . circumitur non minus , q . c . mil.
paff. afcenditur ferè per uiginti ,qua bre-
uior uia. Imi colles , ac omnis radicum
ambîtus per oppida , et per uicos fre-
quens inhabitatur ; Baccho , Pallade ,
Cerere feraces terrae ; armentorum o-
mnis generi fupra, q credas,feraciffim&
Hic amoeniffima loca circunquaq; : hic
fluuii perfonantes: hic obftrepentes riui:
126

hic gelidiffimae fontium perennitates :
hic prata in floribus femper ,et omni uer-
na die ; ut facile quilibet puellam Pro-
ferpinam hinc fuiſſe raptam putet : hic
arborum multiugae ſpecies et ad um-
bram ualentium , et ad foecunditatem;
in qua etiam tantum excellunt caeteras
omnes arbores ; ut mihi quidem magis
huic loco conuenire uideantur ea , quae
de Alcinoi hortis finxit Homerus ,q ipſi
Phaeaciae ; in qua certe nos , cum e Sici-
lia rediremus , nihil eiufmodi uidi-
mus , quod nos tanto pere oblectaret ;ut
etiam non inurbane Angelus meus in-
terroganti eum cuidam ex Phaeacibus,
qui nobis urbem omnem oftentarant ,
quid nam illi uideretur,ita reſponderit.
Ego Phaeaces debere uos quidem,inquit,
Homero permultum exiſtimo ; qui uo-
bis plura etiam tribuit , q ipſa natura.
referam (fi potero) latine ; uel certe ut
potero : nam aduertit propterea tum eti-
127

tiam diligentius illum ipſum Homeri
locum .
Hic nemora in coelum late crefcentia
furgunt ,
Punicei pomum grani , malúmque , pi-
rúmque ,
Et dulces ficus , et magnae Palladis ar-
bor .
Non illis borealis hyems , non officit
aeſtas
Torrida ; fed placidas zephyris ſpiranti-
bus auras
Arboribus totum fuperat foetura per an-
num :
Et pomo infenuere recentia poma

priori ;

Et noua iam miti fuperaduenit uua ra-
cemo .

Medius mons nunc uariis arboribus late
fyluefcit,et praecipue pinis,et fagis maxi-
mam in magnitudiné , multitudinémq;
crefcétibus;quarú illae inferius , hae fubli
128

miores funt:nunc nudo latere arabiles in
plagas extenditur;et faepe ufq; ad imú de
fcendit,frumentis adeo foecundus;ut cre-
dita nonnunq in centuplam fegetem cul-
coribus ferat. itaq; prudenter , ut multa,il-
lud etiá prifci uiri;q nobiliffimum tem-
plum Cereris in Aetna cóftituêre:ubi ení
potius dea fegetum coleretur;q ubi fru-
ges optime prouenirent?atq; id quidem
tantum de fegetibus: uerum ab uniuerfa
Aetnae fertilitate (ut opinor)fabula etiá
emanauit, Arifteum giganta eo in monte
ita faluum effe , atq; uiuere; ut neq;ab Ae-
tna prematur unq ,neq; flammis coelefti-
bus inuratur;q optimi,et uberrimi effent
fructus ,qui per Aetnae loca nafcerétur,
nullo telluris uitio,nulla aeris offenfi ma-
lignitate: ná et Arifteos graeci quidé illos
uocabant ,qui uiciffent in certaminibus;
quod uerbú ab optimo deductú é credo,
quia nifi optimi non uincerét:et gigantes
fcimus effe filios telluris appellatos : ita.
129

quoniam fructus uniuerfos tellus , quafi
mater, parit ; cum fructus Aetnaeos effe
optimos,atq; uberrimos uellét dicere;táq;
caeteros fuperarent ; fabulae datus eft lo-
cus , non inuenifte quidem ; fi tibi ita ui-
detur:expecto enim etiam quid tu fentias
fcire abs te. B. P. Mihi fanè uidetur:
ítaq; redde caetera. B. F. Reddam pa-
ter ; atq; illa ipfa quidem , quae a princi-
pio poftularas , et quorum caufa ifta om-
nia dicta funt : uentum eft enim ad id ;
ut iam de ignibus loqueremur. B. P.

Verebar fanè tu ne me longius prouecta
res : quanq quid longum mihi effe hac
in re,qua de nunc agimus,atq; ifto in otio
poteft ? B. F. Curabo id quidem , ne
fiat (fi potero) ,q potero , diligenter .

B. P. Immo Hercle fiat potius ; eti-
am id fi facere ipfe , ne fiat , potes : non
enim impedio : illud autem ideo dix-
eram ; quia te putabam ánte ,q iftuc accef

fiffes , aliquandiutius erraturum. B. F.

130

Ego uero existimabam pater errauiffe me
fic etiam nimis diu. B. P. Non est
ita : fed ,ne nunc tandem erremus ; perge
de ignibus , ut propofuiffi:uerum autem,
quid tu haeres? B. F: Per-
gam equidem , ut iubes : fed fcin , quam
in falebram inciderim ? B . P .

Nihil profecto minus. B. F.

Dum tibi ad ignes festino , eam Aetnae
partem ; quae nobis una restabat de tri-
bus (fic enim partiri soleo) ; et qua sine
ad ignes ipfos perueniri non potest ; pe-
nè omiferam suboblitus : ita Aetnam ,
quasi Chimaeram , caecideramus ; et
tanquam ream , capite mulctaueramus
imprudentes : fed agam nunc tutius ; ac
de utroq; fimul loquar. Superior itaq;
montis pars (nam iam de iis , quae in-
fra sunt , diximus) usq; ad summum ca-
cumen nuda uariam faciem praeofen-
dit : nam alibi femiherbofi tractus sunt
interfurgentibus tophis , qui etiam in

131

pedemontana regione passim uifuntur:
alibi per summa ora exundans incen-
dium faxis fluentibus totas plagas in-
occupauit ; alibi arenarum campi ma-
gnam inlongitudinem , et latitudi-
nem extenduntur . In supremo cra-
tères duo sunt , quorum alterum , qui
minus altiffimus est , ipsi uidimus in pu-
tei rotunditatem angustum , emissis ue-
luti gemina sponda hinc inde faxis ful-
fureo uirore fumigantibus : hunc lapi-
dea planities ambitu angusto circúnte-
net ; quo ut primum incendimus ,
fulfureis statim nebulis , et suburenti fu-
mo , ueluti e fornace , percussi ora penè
retulimus gradum : mox increfcen-
te audacia , qua uentus perflabat , pau-
latim ingreffi cratèrem ipsum tetigimus
manu . Effundebatur inde , sicuti ex
camino , fumus non intermissa exhala-
tione : is tamen etiam sciffa per longa in-

132

cendia montis cute , uentis intus furen-
tibus ; qui eo die imperiosius bacchaban-
tur ; multis in locis sibi faciebat excundi-
uiam : interdum quoq; de repente ipsis
sub pedibus exiliens manere nos uno in

loco non permittebat : quin etiam illud accidit ; ut quem locum maxime contem-
plabamur ; q erat faxis nuper effufis ; et
adhuc ignem , et fulfur retinentibus in-
cruftatus ; per hunc , qua parte conceffe-
rat in rimam , interflueret igneus riuus ;
ac pedes ipfos inter emiffa ex riuo faxa
urentia profilirent. B. P. Quid
ais ? per eam , ni me totum commoues fi-
li , atq; etiam perterrefacis tua ifta oratio-
ne . Quid autem faxa illa ? an etiam
quenq uefrum interlaefere ? B. F.
Neminem profecto pater : quin etiam
eorum duo , cum refrixiffent , quae ma-
nu capi poterant , Meffanam deportaui
mus fulfuris partem feruantia , caetera
fubnigra . B. P. Quid enim

133

uos tam ultra temere procedebatis?
B. F. Quia cum licere illic nobis tu-
to confitere putabamus; tum etiam per-
lufrandi ftudio , uel potius auiditate fe-
rebamur . B. P. An nefciebatis Pli-
nium illum maiorem ita occidiffe ;dum
nimium diligenter (ne dicam inconful-
te) Vefeuiana incendia pertentaret ?
B. F. Quid , ni fciremus páter?
uerum tanta nos delectatio illius fpecta-
culi detinebat ; tanta rei nouitas , tantus
inuaferat ftupor ; ut fui ipfius iam nemo
fatis noftrum recordaretur. Sed miffa
haec faciamus ; atq; ad illam planitiem ,
de qua modo dixeram, reuertamur: quae
quidem ita tamen perurebat ipfa ; ut ma-
nus , nifi extemplo retuliffes , offenderen-
tur : pedes duplici calciamento ita pro-
pter afcéfus difficultatem comparato tue-
bamur. Ab eo cratere ,quem dixi, mons
per fundae iactum infurgit afcenfu diffi-
cillimo partim falebris impredientibus ,
C

134

partim tardantibus arenis ; et cliuus fla-
tim etiam quoquouerfus impendebat .
is uniuerfi corporis uertex fummus eft ;
et tanq in urbem arx domina , fic ille in
montem prominatur . ab eius incenfu
detinuere nos potentiffima uis vento-
rum , et exhalantes fumi : itaq; tibi de il-
lo referre quidem aliud nihil poffum ;
nifi tibi ea uis recenferi , quae ab Vrba-
no monacho accepimus poftea , Meff-

nae cum effret , homo ille quidem ueriffimus , atq; harum rerum cupientiffimus fcificator : is enim paucos antè nos dies per fummam tranquillitatem totum uerticem perluftrarat . B. P. Immo uero cupio : noui enim ego illum , atq; amo , quod te non latet ; quo mihi futura funt haec omnia illius etiam teftimonio gratiora . B. F. Aiebat ille igitur (quando ea tibi narrari poftulas ; quibus tamen ego tam accedo ut credam , q omnino fi perfpexif-

135
fem) uerticem illum effe ab ingenti cratère occupatum ambítu circiter quatuor ftadiorum ; eúmque non ufq; in immum defcendere eodem hiatu ; fed aluum fibi intus paulatim aftringere eátenus , quoad in medio centro ad eum munda montis incrementa fati amplo ore foraminatur : tum effe in fumma montis corona paruum tramitem , ubi pedes firmentur ; ex eo fi quis declinauerit , aut in cratèrem obrui , aut e monte deturbari : fetiffe tamen fe ibi tam diu , quo báratherum exploraret : eructaffe tum montem magno ftrepore incendia caliginofa , et perurentes petras fupra os , quantum fagitta quis mitteret, uel eò amplius , infurgentes : atq; eum , ué luti corpus uiuens, non perflaffe femper ; fed emiffa femel anima ceffaffe diutule, dú refpiraret : tum fe copiam intuendi habuiffe , quae uellet : mox eiectaffe iterum , atq; iterum pari interuallo ufquequaq;:

C ii

136
interea ingemere intus cauernas auditas; intremere etiam tonitruis montem fub pedibus magno ; et formidolofis iis, qui aderant , horrore : ex quo illud mirum uidetur ; q qui tum ftrepitus per tranquillitatem fentiebantur , eorum a nobis nihil auditum fit in tanta ferocia uentorum . B. P. Illud uero nec uideatur filí , neq; planè ipfum eft mirum : conftat enim (quemadmodum fcriptores tradidere) fimul cum uentis Aetnae animam immutari : et quo flante fumos tantum , et caligines exhalet; eo ponente modo puras , modo craf-fiores flammas emittere pro furgenti -

um uentorum qualitate : aliquando etiam effundi torrentes ignium uaria exundatione pro , ut intra montis uifcera pinguia , uel exilia incrementa funt : quae cum ita fe habeant , illud etiam poffe fieri quis eft , qui neget, leniffima uenti aura eos ftrepitus intra mon -
137

tem excitari , qui uel furente altero non queát ? non enim q perfleret quis ; fed q in tret in montem , quámq; fe in cauernas illius , ínq; uifcera infinuet, eft fpectandum.

B. F. Intra montem igitur tu , tanq intra pectus animam , fic accipi ab Aetna uentos putas ; quibus illa modo fpirat leniter , modo uehementius incitatur ? B. P . Sanè quidem: nifi tamen ueriora illa funt , quae de Typhóeo , déq; Encelado poetarum fabulofitas concinnauit . B. F. Veriffima illa quidem fabella eft : fed perge tu mihi ; atq; etiam páter huius incendii caufas redde , fi placet : nam ex incolis quidem inuentus eft nemo ; qui ea nobis paulo uerius explicaret . B. P. Pergam , ut libet : fed non prius id faciam ; q mihi dixeris quómo modo illud fit , quod tu ueriffimam fabellam dixifti .

B. F. Quia fanè ea demum ueriffime fabula eft ; quae nihil habet
C iii

138
ueritatis. B. P. Pulchre ni mirum : atq; ifto modo ego etiam dicere hiftoriam faliffimam poffum ; ut ea fit demum faliffime hiftoria , quae falfi habeat nihil. B. F. Non fequitur iftud páter : fed nos dialecticene captiofis fophiftarú circulis , coronifq; ne auocemus : fati enim habet illic negoti . Quare age mi páter ; explana potius illa nobis , quae petimus ; ea incendia unde oriantur ; et orta quomodo perderent. B. P . Tu uero poftulas etiam fine dialecticis philofophari : quod quidem ipfum fieri q poffit, uel alio tempore ex te ipfo cognofces ; uel cum uoles , audies de me : nunc uero age , philofophemur : interea tamen paulifper hoc in ceffite confidamus: neq; enim ullis adhuc Nonianis legibus cautum eft, ne quis temere quo quo inceffite confidat : quem

admodum olim urbanis , nequoquo
in folio : et ego iam deambulando defef
139

fus fum. B. F. Tu uero quiefce ,
ut libet , et q diu libet : ego autem et fta-
re adhuc poffum libentius ; et te ita me-
lius aufcultabo . B . P . Et quidem
hoc etiam licet : fed quoniam ita uis ; ut,
quibus de ignibus ego te antea interro-
garam , de iis tu me nunc audias differen-
tem ; breui expediam , quae fentio : neq;
enim nimis multa funt . Tellus qui-
dem omnis Bémbe fili , ficuti noftra cor-
pora , foraminibus , canalibúfq; diftincta
eft , et tanq uenis íternotata;fiue q omni -
no coire non poteft quae fpecie qui -
dem multum fibimet differat intra fe fe ;
fiue q aut gignit ipfa femper aliquid , aut
interimit , et immutat ;neq; unum idem
omnis,atq; eodem pérmanet;fiue (ut alii
tradidere,et quidem principes in philofo-
phia uiri) quia planè uiuit ipfa;atq;a mú-
di anima uitam trahens ab eadem mundi
anima extra,intráq; plufrat,Sed in omni
tellure nufpíam maiores fíftule,aut mea-
C iiii

140

tus ampliores funt ; q iis in locis , quae
uel mari uicina funt , uel a mari próte-
nus alluuntur:nam cum éxedit féper ma-
re , confumítq; fuopte contactu ,fuáq; na-
tura omnia;tum autem , fi partem eft na-
ctum aliquam debiliorem , membráq;
non adeo robufta telluris ; erôdit illa mul-
to facillime ; pergítq; in uifcera ipfa , q
poteft : itaq; cum in aliena regna fibi uiá
faciat ; uentis etiam facit : ex quo fit ; ut
loca quaeq; maritima maxime terraemo-
tibus fubiecta fint , parum mediterrá-
nea.q fi etiá in fulfuris uenas uenti furen-
tes inciderint ; tum incendia fufcitan-
tur fanè non difficulter ; quoniam et in
fulfure cócipiendi permagna ignis uis in-
eft , et uenti etiam aliena fuccendunt
ui fua : haec autem tu ut in Aetna ac-
cidant omnia,uide,quippe(ut modo tu-
te dixifti) , quae mare in radicibus habeat,
quae fulfurea fit , quae cauernofa ; feu
q natura ita fuerit femper ipfa ; feu q
141

falo alíquando fubexefa uentos admi-
ferit aestuantes , per quos idonea flam-

mae materies incenderetur. Habes ,
unde incendia oriantur Aetnae tuae :
habe nunc quómodo etiam orta per -
durent : in quo quidem nolo ego te il -
lud admirari , quod uulgu folet: magnú
effe fcilicet tantas flammam , tam immen -
fos ignes poft hominum memoriam fem -
per habuisse , quo alerétur: quid eft enim
magnum ipfi magistrae rerum omniú ,
et parenti naturae ? quid arduum ; quid
illa tandem non poteft ? qui ftellas ; qui
folem ; qui coeli conuexa ; qui terras o -
mnes , ac maria ; qui mundum deniq; ip -
fum , quo nihil eft admirabilius , uel po -
tius extra quem nihil eft , quod admire -
ris ; faepe fine admiratione intuemur ;
iifdem nobis effe Aetna miraculum po -
teft ? caue fis tam imprudens fili ; ut tu id
putes: nam fi naturam refpicimus ; nihil
in Aetna eft, quod mirum uoces : fi rem
142

confyderamus ipfam ; nónne tibi etiam
mira uideantur cum alia loca permulta,
tum uel Aponi noftri fontes , calidaéq; il -
lae puriffimae ; quibus natura non tan -
tum ut calefacerent dedit , quod erat ta -
men ab aquis alienum ; fed multum de
iure quoq; rerum omnium cóceffit, mul -
tum de noftro , tum aliquid de deorú
etiam , et fuo ; ut morbis fcilicet mede -
rentur non modo fine ullo aegri dolo -
re , qua de caufa graeco uerbo Aponus
nomen inuenit ; fed etiam cum uolupta -
te ? itaq; , qui curantur ,
Non uenas referant (ut ait ille) ; nec uul -
nere uulnera fanant ;
Pocula nec trifti gramine mifta bi -
bunt:
Amiffum lymphis reparant impune ui -
gorem ;
Pacatúrque aegro luxuriante dolor :
Nam morbos quidem expellere homi -
num planè eft rerum ufum multarum
143

recte callentium : hoc autem uel fine
dolore id efficere ; uel (quod multo eft
maximum) etiam cum uoluptate deo -
rum mihi quidem uidetur effe propri -
um , ipfiúsque principis omnium , et pa -
rentis naturae . q fi cum uno Aponi
fonticulo , et canali profunda illa compa -
raueris , inundationéfq; omnes Aetnae

tuae ; fortasse non uerear , ne nofter hic colliculus tuo illo monte fit minor.Sed faciam ,ut tibi pollicitus fum ; et Aetnae incedia quomodo alatur, docebo. Quoniam igitur (ut fcis) humore,et calore omnia concipiuntur;cum et femper ardeat mons , et femper a mari perlufretur ; habes iam duobus iftis uerbis , quod petis: ignis enim ; qui detrahit femper aliquid, atq; confumit ; gignit etiam femper aliquid fibi,quod confumat ,fuo ipfius calore humectantibus undis telluré ,fempérq; igni materiam fufficientibus ,quo alatur : nam et bitumen maxime , quod fulfuri

144
fimillimum eft , fit ex terra et limo exudante tellure ; tum et eiufdem ferè generis halumen ; quod quia ex raro et terra conficitur , ita uocatur. B . F.

Vnde autem faxes , et pumices páter , et eiectiones illae , quae uomit ? quid illae tandem funt ? an fulfur tantum , bitumen , halumen omnia ? B . P .

Nequaquam filii : fed tanta eft uis ignium , praefertim infulforum , et uentis intus furentibus ; ut non uifcera imbecilla modo ; fed planè nerui etiam fortiores corripiantur telluris ; et faxes ipfae duriffima liquefiant . B . F. At ea ipfa faxes non aliquando defeciffe , mótmq; fibi non fubfediffe , nónne illud eft mirum páter? B . P. Neq; id filii quidem mirum :tellus enim femper foecunda eft fui ipfius ; fempérq; femet ipfa párturit : nifi tamen malis tu cum Pythagora fentire ; qui quidem apud Ouidium ita praecipiens inducitur

145
ut audeat affirmare Aetnaea incendia nó effe ufquequaq; duratura. B . F. Ego uero , quid fentiam ; non fat fcio : quanquam equidem mallet Pythagoram , q Empedoclem imitari : ille enim quae naturae confentanea uidebantur,credebat afferens mutari quidem omnia,nihil tamen omnino interire : hic ; dum curiofius naturae caufas perfcrutatur ; etiam fe ipfum imperfcrutabilem facit. B . P.

Sed ualere nos illos finamus filii : et quoniam nos tibi , Aetnae incendia unde fiant , diximus ; id uelim ego fcire item ex te , ipfae ifta quomodo fluant .

B. F. Iam istud quidem fieri sine ullo negotio potest uel una Hesiodi comparatione ; qua ille in sua theogonia fluxisse ait tellurem , ubi eam post fulminatam Typhoeum igne correptam describit , isto (ni fallor) modo : ex quo sane libet mihi suspicari etiam partem illum Aescraeum aliquando Aescraeum

146
tunc ascendisse ; atque inde sibi suspicari ; quod de universa tellure scriptum reliquit :
Vritur ipsa ingens tellus ; aestuque furere

Liquitur , albentis quondam caeli lamina plumbi

Arte uirum , flammisque ; causa fornace liquefit :

Seu ferrum (quaque hoc matris uiscera rupis

In duras aluere uires) ; cum feruit olim

Vulcani domitum manibus , terraeque fatiscit .

Et quidem propterea illum ego plumbi , et ferri exempla posuisse crediderim ; ut alteri ea compararet , quae igne facilius corripuntur , et fluunt ; ut fulfurea tellus omnis , et eae telluris partes , quae tenuiores sunt ; alteri autem cum faxa omnia , tum ea , quae flammae resistunt magis , et sunt suapte natura duriora . B. P. Mihi

147
haec quidem certe non displicent ipsa per se : atque etiam delectauit me non nihil poetae ingenium ; qui tam apte descripsit fluentem , et ardentem tellurem : sed tamen tu fili nimium perparce respondes ad illa , quae peto : non modo enim istud ita simpliciter cupio , ea incendia quomodo fluant , scire abs te : sed etiam , ubi descenderint , quam faciem capiant ; tum si perdurant eadem semper , an aliquando immutentur , audire.

BEMVS. FIL . Geram tibi morem pater ; et ea , quae postulas ut poteris , explicabo . Pleno iam partu (ut maturior est omnis foetus , qui cum in Aetnae matris utero coalescit) nisi parientis expellitur , et eiectatur , quacumque prius rimam inuenerit , aut uiam sibi parauerit uis sua : faepe tamen exit ex crateribus , quem ipsi uidimus ; nunquam ex fu-

periore ; q uel eò incendere grauis materia non queat ; uel , quia inferius alia
148

fpiramenta funt , non fit opus . Defpumontant igitur flammis urgentibus ignei riuui pigro fluxu totas delambentes plagas : ii paulatim recedente calore priorem fibi naturam repofcentes in lapidem indurefcunt fragilem fanè flammis eneruantibus , et fi complectas , putrem . Stat ea confluuias , ueluti glacies , concreta ufq; , ut alteri defcendant riui : ii nanq; non fupráfluunt ; fed inter montis arenofam cutem , et priora concreta fluenta infinuantes fefe curfum fibi medium quaerút : fic , que prius induruerant ; quia friabilia funt (ut dixi) ; nouis incendiis ceditia crepant , et in partes difiecta profiliunt , quacunq; unda deurgens intérfluit : déinde cóglaciantem eam altera fubiit illuuias ; atq; ipfa tantundem facit : tum altera ítem , et altera : non enim continuo fluore mons ; fed per intermiffos fpiritus (ut fupra commemorauimus) eructatur : atq; ita nouiffimis femper uincen
149

tibus , multiplicatq; in immenfum incédio ex igneis fluminibus fracti lapides altiffimo congeftu magnam partem montis inocuparunt : atq; ii , quo recentius fluxere , eò et nigriores funt , et firmiores : aetate et pallefcunt , et refoluuntur : inde ego effe arenarum plagas omnis , quae circa cacumen uifuntur , exiftimo . Materies omnis aridiffima eft ; atq; ideo minus multo , q uiui lapides , ponderofa ; fcabra adeo , ut breui mora , tanq a lima , incendentibus calcei exedantur .

B. P. Atqui ego fanè in eo mallem Empedoclem imitari ; qui afcenfurus amyclis aereis utebatur : fed fequere .
B. F. Ea infra paruum craterem circúmuerfus totum montem completa eft ; et cumulum eum , in quo maior crater eft , fuftinet : demittitur inde alíubi per interualla imum in montem obliquis fluxibus ; quáq; Catana iacet , ufq; in mare ; lata faepe , qua uifus patet ; hor
D

150

rendum fanè fpectaculum modo alueis hiantibus , modo impendentibus ripis .

Inter maxima profluvia longe memorabile illud est ; quod paulo ante nostram aetatem usque ; intra Catanam decurrens non parvam urbis partem incendio depopulauit : neque sane defensus is minus, quod per . cc. stadia conficitur . Quin etiam portum eum , de quo ait Virgilius
Portus ab accessu uentorum immotus, et
ingens

Ipe; fed horrificis iuxta tonat aetna ruinis,
ita impleuere fluenta Aetnaea ; ut iam errasse Virgilium putes , quod portum ibi esse ingentem dixerit , qui penè nullus fiet . B. P. Istud nimirum est , quod a principio dixeras cedere illis uolentibus , atque eorum contrahi ardoribus ipsum mare. B. F. Est ita quidem , ut dicis : fed (ut ad propotum reuertamur) reptare per eas crepidines , quas dixi , duobus mil. pass. neceffe
151

est quem uis cratèrem uifuros : reliquum iter in equis conficitur . reptationis eius labor haud facile credas , quod durus est , quodque indigens uirentis genu ; quippe, quia degraunte uiatore temere ingesti lapides concedunt ; et in ascensu raptissimo , nisi probe posueris pedem , dimoto uno tota congeries deuoluitur , et in te ipsum ruit : adde , quod etiam , si in plano cecideris laedunt scabritie sua ; et manus crebro contactu , nisi contexeris : offenduntur. Magna haec fortasse uidebuntur patet audienti tibi: magna enim sunt (ut mihi quidem uideri solet) ; uerum nusquam adeo , ac nobis uidentibus fuere: nam Aetna quanta est, nemo quidem scit, qui non uidet . Ex fummo uertice contemplari totam infulam licet , termini eius longe esse multo minus uidentur , quod sunt .

Brutia ora ita tibi sub oculis iacet ; ut cò posse traicere penè quidem iactu lapidis putes : ferena tempestate Nea -
D i i

152

politani etiam tractus extimantur . Niuibus per hyemem ferè totus mons canet: cacumen neque per aetatem uiduatur. B. P. Quid , quod hyemare tantum eas meminit Strabo? B. F. At experientia ita te docet, usque ; ipse auctor (quod quidem uenia illius dixerim) non deterior .

Quare illud mi páter etiá,atq;etiam uide;
ne quid te moueat,fi aliqua ex parte huius
noftri de Aetna fermonis cum uetuftis feri
ptoribus diffentimus:nihil enim impedit
fuiſſe tum ea omnia , quae ipſi olim t radi
dere,quorum permáferint plurima in no
ſtram diem;quaedam fe immutauerít ;alí
qua etiam furrexerint noua:nam (ut caete
ra omittam) ; quod cineroſa partim effe
fumma cacumina dictauere;eius rei nunc
ueſtigium nullú apparet:cinis enim , qui
queat confpici ,toto móte nullus eſt : neq;
id tamen omnibus annis fuit : nam mul
torum teſtimonio accepimus , qui ui -
dere , annos ab hinc quadraginta tan -
153

tos ex Aetna cineres euolaffe ; ut per to
tam eam infulae partem ,quae uerſus Pe
lorum iacet , uniuerſam oleam abſtule -
rint ; eos etiam in Italiam uentis feren
tibus latos. Sed (ut ad niues illas redea
mus) addebat idem Vrbanus Kalen -
dis Iuniis aſcendente fe fatís largiter , a
bundéq; nixiffe ; tum iterum , qui fe
ptimus fuerit poſt eum diem , dum
ipſe Randatii moraretur, in uniuerſam
montanam plagam niues ferè in pedis al
titudinem defcendiffe: in quo ipſo licet
et Pindarum fuſpicias fcite cognomento
uſum ; qui Aetnam niuium nutricem ap
pellarit . Quo latere fubeſt Catana,me
dia ferè inter ipſam , et cacumen regione
puriffimus,et perennis fons erumpit do
rico uocabulo Crana ab incolis appella
ta:caeterum toto monte fupra radices nul
lae aquae funt ; nifi quae uel ex niuibus
emanant ;cuius quidem rei etiá Theocri
tum teſté habemus;in quo dum Galateae
D i i i

154

Cyclops enumerat diuitias fuas , haec eti
am interferit ,

Eſt glacialis aquae riuus mihi ,quem fyl
uofa

Nectareum in potum niuibus fluit Ae
tna folutis ;

aut fi quae intra fagorum truncos plu
uiis defcendentibus relinquuntur. At
qui res , et locus me monuere ut quod
ibi uidimus pulcherrimum natura opus
et mirati fuimus maxime , non prae -
terirem . Altiffima in ſpecula ; qua fyl

ua deficiente liberior profpectus in infu-
lam , et Tyrrhena fluenta dominatur ;
herbidus campus leni decumbit cliuo :
hunc pini procerae pari diftantes inter -
uallo ducta corona circumfepiunt : in me-
dio fagus deniffima quadrifido robore
fe fubiiciens, celfior q caeterae, ueluti regi-
na ipfa confurgit : ea non ftatim ex imo
difcriminatur ; fed a tellure per fpatium
cubitalem uno trunco contenta eft: inde
155

fe in ramos cófimiles aequalibus interual-
lis difpartitur: interne ufq; ad imas radices
arbor deficiens undis pluuiialibus urnam
ex fe fe facit: illae montano purgante aere,
ac umbris folem arcentibus et fontanis ge-
lidiores funt , et putealibus puriores .
Ambigeres ibi tu quidem páter fi quid
eorum tibi laudandum effet; quid nam
potiffimum laudares, an profpectum eius
loci , an locum ; tum an arborem , an un-
das: ita fcite in alteris decorádis (quafi qui-
dem id agerent; ut quid magis pulchrum
effet, ambigeretur) et Hamadryas, et Nais
conuenere: in honeftandis uero alteris ad-
mirabile quidem eft, quantum gratiae ,
uenuftatífq; fibi inuicem afferant Iupiter
Genio, et genius Ioui: quo fit ; ut in utrifq;
multum Venus etiá permifta fentiatur .
B. P. O pulchras naturae deli-
cias, uel etiam Deorum (ut poetis placet);
fi qui funt , qui eum montem colant .
B. F. Sunt páter (ut aiunt) ;
156

atq; incolunt illo ipfo quidem in loco.
B . P . Mirabar ; fi haec temere
dicerentur prouenire , praefertim a Si-
culis ; quos quidem conftat propter fer-
monis impunitatem , et licentiam etiam
trilingues uocatos: fed quis inhabitat De-
us ? B. F. Fauni effe fontem illum
dicunt. B . P . Fabellam te uideo
inchoare: fed quoniam in Faunum inci-
dimus , fequere : detineri enim me ab
illo facile patior; cum quo te fcio liben-
ter etiam carminibus ludere interdum
folere . iftud autem qui fciunt ? an ita for-
taffe coniectantur ? B. F. Videre fe
aiunt paftores ipfum Deum paffim erran-
tem per fyluas, et pafcua; tum etiam fedem
tem fub illis arboribus coronatum pinu ,
et tacentem faepius; interdum tamen etiá

fistula folantem amores . Sed continebo
potius me hic páter leuia enim ista sunt;et
mihi loqui tecum , nisi reuerenter,non
licet : quanq̄ quidem ; si pergerem ;face-
157

remus ipsi hac in re ; quod facere etiam
reges in coenis folent : qui quidem in-
ter apros , et pauones ; quibus habun-
dant quotidie ; interdum tamen et alli-
um poscunt ,et betas . Neq̄; fanè animus
nostrer uacare femper rebus feuerioribus
poteft : neq̄ ; si uacet ; tamen ex illis tam
plenam capit iocunditatem ; q̄ si ea ip-
sa remitteret interdum , et mox non
longo interuallo intermissa reuocaret .
Ita nos quidem nunc grauia illa phi-
lofophiae studia ; quibus quidem cer-
te id omne tempus foles , quod tibi per
rempubli.licet impertire ; melius eti-
am fabellis istis leuioribus condiremus :
et quidem licet maxime uel in Nonia-
no fabulari . B. P. Sanè
quidem licet ; dum illud tamen , fem-
per teneatur ; ut cerato remige Sirenas,
quod aiunt . Et profecto poeta ille
sapientiffimus nunq̄ Vliſſi conceffiffet,
quem prudentiffimum femper facit ;
158

ut Sirenarum cantus audiret ; nisi li-
ceret etiam grauibus , et sapientibus ui-
ris ; quorum tamen in numero me non
pono ; minus feriis adesse interdum re-
bus , et lufus captare non adeo feue-
ros ; modo ne remiges audiant ; hoc
est , ne sensus pateant uoluptatibus ;qui-
bus et demulcentur ipsi femper ; et ,ni-
si ratione occlusi sint , faepe etiam fa-
cillime capiuntur : quod tibi esse faci-
undum in uita maxime femper cen-
feo Bémbe fili : nam nisi te ita infor-
maris , ut uoluptatum illecebris animú
imperuium geras ; non possum dice-
re , q̄ multae tibi occurrent species ea-
rum ; quae te non adolescentem mo-
do (ut es nunc) demulcere possint , et
delinire , ac iam etiam debellare , et de-
uincere ; sed planè etiam uirum . Itaq̄;
illis aut magnanimiter imperandum est;
quod fecerunt uiri omnes magni , et bo-
ni ,et ii , quos propterea deos etiam ap-
159

pellauere ; uel omnino turpiter deferui-

endum , in quo quidem tu (fi me audi
es) non committes;ut reiecta continen-
tia , atq; ipfo amore uirtutis ex illorum
fis grege , de quibus praeclare Oratius,

Nos numerus fumus , et fruges confu-
mere nati,
Sponfi Penelopes , nebulones , Anti-
noíq;
In cute curanda plus aequo operata iu-
uentus ;
Quis pulchrum fuit in medios dormi-
re dies , et
Ad ftrepitum citharae ceffantum ducere
curam .

Sed quoniam iam aduefperafcit ' , pro -
cedamus in atrium : nugae autem pa -
ftorales iftae tuae fub umbris funt po -
tius , et inter arbores ; q intra penates
recenfendae . Quae cum dixif -
fet , et iam in atrium perueniffemus ,
160

ego finem loquendi feci;ille cogitabun-
dus in bibliothecam perrexit .

IMPRESSVM VENETIIS IN
AEDIBVS ALDI RO
MANI MENSE FE
BRVARIO AN
NO . M .
.VD.